



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Odilo Abbas. 1. Ianuarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

I. Ian. VITÆ SANCTORUM. TI  
lianus (is qui turpe sibi apostata nomen  
peperit) orante contra se BASILIO,  
sententiam ferente Deiparâ *Virgine*, exe-  
quente D. Mercurio, orbi pœnas perfidi-  
diæ, quas meruit, dedit. Non felicior  
alter Valens, exilium Divo nostro ne-  
quicquam semel iterumque intentavit.  
Nam sententiam impiam ferre jam cogi-  
tanti, ipsum iustius iudice suo tribunal  
reclamavit, sellâ diffractâ; & subscribe-  
re laboranti, penna atramentum, quod  
habuit, tertium negavit: ipsa manus face-  
re officium noluit; certè ut non posset;  
exaruit; conjunx filiusque ægri ad cogita-  
tum scelus nolentes etiam ingemuerunt.  
Et filius quidem à magnâ BASILII ma-  
nu convaluit. Cui cum Valens pessimos  
superinduxisset medicos Arianos, filius  
continuò malè mortuus est. At bene no-  
ster, sub annum Christi CCC. LXXVIII.  
vixit BASILIUS; vel hoc uno magnus  
magnique faciendus Partheniis Sodali-  
bus, quod virgo vixit. *Ex Suario.*

*Væ tradentibus Christum ad crucifigen-  
dum; sed væ cum maligna conscientia sub  
Sacramento sumentibus illum S. Remig.  
Super Matth.*

S. ODILO ABBAS.

I. Januarij.

Puer ODILO in D. VARGINTIS perrep-  
tavit claudus, exiit sanus: & cum  
ire



12 VITÆ SANCTORUM. I. IAN.  
ire jam quò vellet, posset, pulchrè pedi-  
bus, quos cælum donavit, usus, è  
mundo abiit, & Religiosam domum i-  
niit. Subinde Præfectus Asceterio Clu-  
niacensi, ostendit, quàm facile imitari  
Christi miracula foret illi, qui vitam  
vellet. A quas quippe eunti sibi in solum,  
aliis etiam in vinum vertit, piscibusque  
non multis bene multam pavit multitu-  
dinem: inter primas curas habuit, prio-  
rum Manibus opitulari, quos flammæ  
piaculares haberent. Id adeò fassus  
ipse est orci tortor, quem Siculæ quif-  
piam eremi incola non semel querentem  
audiit atque indignantem innumeros à  
pœnis suis ODILONIS absolvi precibus.  
Eos inter Benedictum numerant VIII.  
Pont. Max. qui opem & ipse viri implora-  
vit, & verò sensit etiam, ac gratus pa-  
lâm laudavit. Atque hoc stimulos sub-  
didit ODILONI, ut sui quotannis  
diem agerent piarum animarum memo-  
riâ insignem; quod institutum id tempo-  
ris uni illi familiæ familiare totus hodie  
Christianus orbis amplectitur. ODILONI  
nostro morienti præsto ipse Christus  
fuit, Stygiasque larvas cum suis terricu-  
lamenti longè iussit faceffere. Nimi-  
rum quam opem mortuis vivi ferim-  
us, morituri & ipse sentimus. Ex  
Surio.

*Disce humilitatem, quam Christus verbo  
docuit & exemplo; disce obedientiam, quam  
patri*



2. Ian. VITÆ SANCTORUM. 13  
patri suo exhibuit & Matri; disce virtutes ceteras, ut vita lumen in te valeas possidere; Christum sequere, Christum imitare, ut ad ipsum pervenias. B. Laur. Just. de interiore conflictu.

S. MACARIUS ALEXANDER.

2. Ianuarij.

**H**unc MACARIUM nomine suo Alexandria imò fallor, suo ille Alexandriam beavit. VI I. annis sine cocto edulio, sine omni somno dies XX. quadragintadiale jejunium sine omni cibo transegit. Satur intereà cæli deliciis, & piis nunquam non lacrimis ebrius. Inter hæc Cupidinem bella sibi moventem aggressus, culicum præsidio corpus cinxit; quos inter cum sex adeò menses nudus decertasset, horum aculeis longè hostem submovit. Quid multis? brevi tam parvo milite ingentem, & formidandum tyrannum debellavit. Pœnitentem Sacerdotem à sacrilegâ Venere, & qui in pœnam afflicti corpore serpebat, cancro eâ lege absolvit, ut ne porro sacrificaret impurus. Nec in homines solum pius, cæcum feræ, nescio cuius, partum sputo suo illitum lumine donavit, oviculæ exuviis à gratâ parente vicissim donatus. Inter precandum ita se ipsum fertur adhortatus: *Anime mi, ne te in terras è celo demitte: ibi Deum*  
& cum